



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XCVII. Ad D. Ludouicum Principem VVirtebergicum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

XCIV.

Ad D. Christophorum Popelium Baronem Lobcouitium.

*Qui mala fert animo, quum res ita postulat, æque  
Pauoris expers, ac metus:*

*Fortis hic est: promptus differre, patrique pericli  
Nec vertere se, ac retrò dare:*

*Fortiuer ast obstare malis ingentibus. hinc &  
FORTES PROBANTVR IMPETV.*

*Quæ latet, inque bonis fit iners, obscuraque rebus,  
Fit nota virtus in malis.*

XCV.

Ad Philippum Truchesium à Rheinfelden EQ.

*Mors qualis, talis vita est cuiusque, PHILIPPE  
Nam vitæ mors est optima norma brevis.  
Sic alius de alio semper: sed de omnibus æque  
Supremus tandem iudicat ipse dies.*

XCVI.

Ad D. Iulium Comitem Salmensẽ, & Neoburgium.

*Sanctus vbi pudor est, & vbi reuerentia sancti,  
IVLI: tuta fides est ibi, tuta salus.*

XC VII.



Ad D. Ludouicum Prin-  
cipem VVirtebergicum.

Qui vult vna opera Musas audire canentes  
Omnes: Parnassus quas, Heliconque videt:  
Audiant is, LVDOVICE, tot vno in corpore ple-  
Tablino quod habet proxima cella tuo (Etra:  
Seu tuba, seu lituus, seu buccina, tibia siue  
Dextera, cum buxo, siue sinistra placet:  
Seu potius cythara, & lyra, testudine, chelysue,  
Et cum sambuca naulica grata leui:  
Denique seu cui sistrum placent, aut cymbala: cum-  
Audiet hic vna mota sonare manu. (Eta  
Musagetes illic Phœbus, Musaque ministræ  
Exercent blandos voce, manuque choros.  
Scilicet hic Helicon, hic est Parnassus: & hic est  
Fons Aganippeæ semper amœnus aquæ.

XCIIX.

Ad D. Philippum Ludoui-  
cum Comitem Palatinum Rheni,  
& Ducem Boiorum.

De Halieuticis Datenhusijs.

Centena pondo centies multiplica:  
Dein rursus hæc quadruplica. quid inde fit,  
PHILIPPE Dux? hinc pondus exit piscium  
Lacustrium: quos vna cepit tragula

Simul,